

Andreas Cricius episcopus Pre-
mislensis, Petro Tomicio episcopo
Cracoviensi regni Polonia vicecancel-
lario.

108.

Reverendissime mi domine. Narratum
est mihi dominum Andream (a) literas à
patre maiestati regia clam dedisse, quod
verisimile videtur, nam in his quas cubi-
cularius palam reddidit, nihil prorsus de
conventu Iredensi et actis ipsius scribit.
Cum legam maiestati sue, dicam me mi-
ran, quod de gestis Iredensibus nihil at-
tulerit, forsitan maiestas sua aliquid ape-
rire dignabitur. Scribit etiam dominus
Gorsli nobilitatem verba fecisse ad ipsum
dominum Posnaniensem, quod solus nunc
sit, qui rem publicam curare et cordi ha-
beat, et multa id genus. 1524.

(a) Andrzej z Gorski syn Lukasa kasztelana Poznani-
skiego.

